

ACTA
SANCTI MENÆ
MARTYRIS ÆGYPTII.

Acta S. Menæ, præclarissimi martyris, quæ die 11 Novembris tractanda erunt, quæque in linguam latinam versa jam typis mandata fuerunt, nunc græce edimus ex codice Leidensi sæpedito (1). Utilius enim judicavimus hæc Acta græca *Analectis* nostris inseri conservanda, quam in chartis apographa relinqui incertæ fortunæ.

Versionem quæ apud Surium legitur, hinc inde ad codicis nostri lectiones emendatam aut mutatam addidimus.

Inscriptio horum Actorum uti in nostro codice exhibetur, accurata non est: nullos enim martyris socios hæc Acta Menæ tribuunt.

Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Μηνᾶ
καὶ (2) τῶν σὺν αὐτῷ.

1. Βασιλεύοντος Διοκλητιανοῦ τε καὶ Μαξιμιανοῦ, τῶν τοῦ ἀληθοῦς βασιλέως πολεμίων καὶ δυσμενῶν, γράμματα κατὰ πᾶσαν ἐφοῖτα τὴν οἰκουμένην, τὸ ἀσθεὺς αὐτῶν διακελευόμενα σέβειν θρησκευμα ἰθάνατόν τε τὴν ζημίαν ὀρίζοντα ¹ τοῖς μὴ τοῖς αὐτῶν θεσπίσμασι πειθόμενοις καὶ

Martyrium sancti ac gloriosi martyris Menæ et sociorum (2)
ejus.

1. Imperantibus Diocletiano ac Maximiano, qui erant veri Regis hostes et inimici, ibant litteræ per universum orbem terræ, quæ juebant colere impiam eorum religionem, et quæ mortem statuebant pœnam iis qui non parebant eorum edictis et a solida in Christum

¹ *cod. ὀρίζοντα.*

(1) Cfr. supra, p. 65. — (2) Circa hanc inscriptionem vide ultimam partem Præfatiunculæ nostræ.

τῆς βεβαίας ἐν Χριστῷ πίστεως ἐκ ψυχῆς μετατιθεμένοις. Ἐντεῦθεν τί μὴ τῶν χαλεπῶν συνέβαινε τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Κύριον; Ἔστενοχωρεῖτο τὰ δεσμωτήρια τῷ πλήθει τῶν καθ' ἑκάστην θηρευομένων· ἔρημοι τῶν οἰκητόρων οἱ ποτε τῶν οἰκῶν εὐθηνούντες ἐδείκνυτο· αἱ ἐρημίαι τῷ
 5 πλήθει τῶν φευγόντων εἰς πόλεις μετεσκευάζοντο· οἱ φίλοι τῆς ἀληθείας ὡς φαυλότατα δεδρακότες τιμωρίαις ἐδίδοντο· διηρπάζοντο χρήματα· φύσεως ἀνετρέποντο νόμοι, πατὴρ μὲν παῖδα προδιδόντος εἰς θάνατον, υἱοῦ δὲ πατέρα τοιοῦτοιο, φεῦ, ἀντιδεξιουμένου φιλοτιμήμασι. Καὶ νῦν βαθεῖα τοῦ παντός κατεσκεδάστο, τῶν πιστῶν μὲν πανταχόθεν ἐλαυνο-
 10 μένων, τῶν δὲ τῆς ἀσεβείας ὑπασπιστῶν χειρὶ πάσῃ κρατυνομένων· αἴμασι τε καὶ κνίσαις τῶν θυσιῶν καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ ἀέρος μολυνομένου. Τότε δὴ, τότε καὶ ὁ θαυμαστός οὗτος Μηναῖς καὶ τὴν ἀρετὴν περιβόητος, λάμπων ἦν· πατρίδα μὲν τὴν Αἴγυπτον ἔχων, πατέρα δὲ καὶ προγόνους οὐκ ἀσφαλεῖς τὴν εὐσέβειαν, ἀλλὰ περὶ τὸ βέβαιον ἀβεβαίως διακειμέ-
 15 νους. Ἐπιτήδευμα δὲ ἦν αὐτῷ τὸ στρατιωτικόν, ὑπὸ ταξίαρχου ταττομένῳ¹ Φιρμηλιανῷ τοῦνομα. Αὐτὸς δὲ τοῦ καταλόγου τῶν Ρουτιλλιακῶν ἀφηγούμενος, ψυχῆς παραστήματι, μεγέθει τε καὶ κάλλει καὶ πᾶσιν ἄλλοις οἷς ὦρα σώματος καὶ γενναιότης χαρακτηρίζεσθαι πέφυκε, τῶν ἄλλων ἐτύγχανεν διαφέρων.

fide non ex animo dimovebantur. Hinc quid non grave accidebat iis qui diligebant Dominum? Angusti erant carceres multitudini eorum qui quotidie capiebantur; vacuæ erant habitatoribus quæ fuerant aliquando florentes domus; solitudines, propter multitudinem eorum qui fugiebant, mutabantur in civitates; amici veritatis, tanquam qui pessima fecissent, debebantur suppliciis; diripiebantur facultates; evertiebantur leges naturæ, patre quidem ad mortem prodente filium, filio autem patrem vicissim talibus, heu, prosequente officiis. Et nox profunda per omnia offundebatur, quum fideles quidem omni ex parte expellerentur, impietatis vero defensores tota manu confirmarentur, sanguineque ac nidore sacrificiorum ipse etiam aer inficeretur. Tunc quidem, tunc Menas hic admirabilis et virtute celebris, resplendebat, patriam quidem habens Ægyptum, patrem autem et majores non stabiles in pietate, sed circa id quod est firmum minus firmiter affectos. Ejus vero studium erat militia, sub tribuno militum constituti, nomine Firmiliano. Ipse autem cum esset præfectus numeri Rutilliacorum, animi præsentia, magnitudine et pulchritudine, et omnibus

¹ *cod.* ταττωμένῳ.

2. Τῇ Κοτυαίων οὖν μητροπόλει ἅμα τῷ ταξiάρχῳ παραβαλὼν καὶ τὸ τῶν κρατούντων ἀκούσας ἀσεβῆς πρόσταγμα, τὴν στρατιωτικὴν ζώνην ἀποβαλὼν, ὑπερόριον ἑαυτὸν ἐν ἐρήμοις τόποις κατέστησε· τὴν μετὰ τῶν θηρίων διαγωγὴν μᾶλλον τῆς μετὰ τῶν εἰδωλολατρῶν προελόμενος· νηστείας δὲ καὶ ἀγρυπνίας καὶ τῇ τῶν θείων λογίων ἐπιμελεῖ μελέτῃ 5 τὰς αἰσθήσεις ἄριστα καθαρθεὶς καὶ τὴν ψυχὴν φωτισθεὶς, καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας ἀπόρρητα δι' ἀποκαλύψεως μυηθεὶς. Τοῦτον ἐκείνον αὐτὸν τὸν ἐκ πολλοῦ διαμελετώμενον εἶναι καιρὸν οἰηθεὶς, ἡμέραν φυλάξας καθ' ἣν πᾶσα ἡ Κοτυαίων πόλις δημοτελῆ¹ ἑορτὴν ὡς γενέθλιον ἦγεν ἱππικόν τε συνεκροτεῖτο θέατρον· ἐπεὶ πάντα τὸν δῆμον ἄνωθεν εἶχε θεώμενον, ἐκ 40 παντὸς γένους συνειλεγμένον, Ἰουδαίων τε καὶ ἑλλήνων, ὡσαύτως οὖν καὶ χριστιανῶν, καὶ πάντες ἤδη πρὸς τὴν τῶν ἱππῶν ἀμιλλαν ὄλοις ὄμμασιν ἐνητένιζον. τὴν ἐν τοῖς ὄρεσι καταλιπὼν διατριβὴν, κάτεισι πρὸς τὴν πόλιν· καὶ μέσος τοῦ θεάτρου γενόμενος, πάντας τε τοὺς περὶ τὸ στάδιον ἔχοντας παρελθὼν, καὶ τόπῳ ἐπιβὰς μετώρῳ, ὅθεν ὄρατὸς πᾶσι 15 ἔμελλε γίνεσθαι, γεγωνότερον ἐξεβόησεν· Εὐρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, ἐμφανῆς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν· δεικνὺς διὰ τούτων ὡς οὐ

aliis quibus solet exprimi species corporis et generositas, præstabat aliis.

2. Quum ergo ad Cotyensium metropolim una cum tribuno accessisset et audivisset impium jussum imperatorum, abjecta zona militari, seipsum relegavit in deserta loca, volens potius vitam agere cum feris quam cum iis qui colunt simulacra. Vacabat autem jejuniis et vigiliis et divinorum eloquiorum diligenti meditationi, sensibus optime purgatus et anima illuminatus, et in arcanis pietatis initiatus per revelationem. Existimans hoc esse illud tempus quod jam olim meditabatur, quum diem observasset in quo universa civitas Cotyensium publicum celebrabat diem festum tanquam natalem et equestre apparabatur spectaculum, quum totus populus ex alto adspiceret, collectus ex omni genere, judæorum et gentilium et similiter christianorum, et omnes jam defixis oculis equestre intuerentur certamen, relicta sua in montibus habitatione, descendit in civitatem; et quum venisset in medium theatrum et præterisset omnes qui erant in stadio, et locum ascendisset sublimem, unde erat videndus omnibus, alta voce exclamavit: *Inventus sum ab iis qui me non quærebant, manifestus evasi iis qui me non interrogabant*; per hæc ostendens quod

¹ *cod.* δημοτελεῖ.

πρὸς ἀνάγκην, ἀλλ' ἔθελοντῆς ἦκε ¹ πρὸς ἀγῶνας ἀποδυσάμενος. Πάντας οὖν ὁ μάρτυς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ θέαν ἐπέστρεψε, τὰ τοῦ θεάτρου δὲ παρωράτο· ἡ τῶν ἑπῶν ἀμιλλα διεπτύετο· οὐδὲν ἦν οὐδενὶ προτιμότερον ἢ τὸ ἐκεῖνον μόνον, ὄραν τοσαύτην τόλμαν ἐπίδειξάμενον. Οἱ μὲν
 5 οὖν ὁμόζηλοι τὴν εὐσέβειαν ἐθαύμαζόν τε τῆς παρρησίας τὸν μάρτυρα καὶ πολλῶ τῶ περιόντι τῆς ἡδονῆς σκιρτῶντες ἐδείκνυντο· οἱ δὲ τῇ ἀληθείᾳ διαμαχόμενοι πρὸς τὸν κατ' αὐτοῦ φόνον τὸν δικαστὴν ἀνηρέθιζον.

3. Ἐπεὶ δὲ ἡ τῶν κηρύκων φωνὴ σιωπὴν παραγγειλασα τὸν τε τοῦ
 40 δῆμου θόρυβον καὶ τὴν τῶν αὐλῶν ἡχὴν κατεκόμησεν, εὐθὺς ἀνάρπαστος πρὸς τὸν ἄρχοντα Πύρρον ὁ Μηνᾶς ἤγετο, ἐφ' ὑψηλοῦ ² τότε καθήμενον καὶ τῶν ἀγῶνων θεατὴν καθιστάμενον. Ὅς πρῶτα μὲν δεξιᾶν ἐποιεῖτο τὴν προσαγόρευσιν, ὑποκρινόμενος ἐπιείκειαν· πραεῖα τε φωνῇ ³ καὶ ἡμέρῳ τίς καὶ πόθεν εἶη διεπυνθάνετο. Ὡς δὲ πατριῶα καὶ γένος, αὐτὴν τε
 45 στρατείαν καὶ τὸν τῆς φυγῆς τρόπον ὑποφθάσας εἶπεν ὁ μάρτυς καὶ πρὸ πάντων δοῦλον ἑαυτὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀνηγόρευσεν, εὐθὺς τὴν ἐπιχειρωσμένην ὁ δικαστὴς ἡμερότητα πρὸς τὴν φυσικὴν μετέστρεφεν ἀγριότητα, καὶ τὰ τῆς ἐξετάσεως ταμειυσάμενος εἰς τὴν ἐπιουσαν, τοῦτον μὲν

non coactus sed sua sponte accessit ad certamina (quasi) exutus vestibus. Omnes ergo martyr convertit ad sui spectaculum; theatrum autem despiciebatur, equorum respuebatur certamen: nihil erat cuiquam præstabilius quam hoc solum, videre qui tantam ostendebat audaciam. Et qui eumdem zelum habebant in pietatem, mirabantur martyris loquendi libertatem et propter voluptatem summam exiliebant; qui autem decertabant adversus veritatem, ad ejus cædem judicem incitabant.

3. Postquam autem vox præconis indixit silentium et sedavit populi tumultum et sonum tiliarum, statim arreptus et ductus fuit Menas ad Pyrrhum præsidem, qui tunc sedebat in excelso et erat spectator certaminum. Is autem primum quidem eum placide alloquebatur, simulans mansuetudinem; voceque leni et benigna, quisnam et unde esset interrogavit. Postquam vero et patriam et genus et ipsam militiam et modum exilii protinus dixit martyr, et ante omnia dixit se esse servum Jesu Christi, statim judex fictam mansuetudinem ad naturalem convertit sævitiam et, examinatione reservata in diem sequentem, eum quidem vinctum tradit in custodiam.

¹ cod. ἦκε. — ² cod. ὑψηλοῦ. — ³ cod. φωνῆ.

δεσμώτην τῇ φρουρᾷ δίδωσιν. Αὐτὸς δὲ, παρ' ὄλην ἡμέραν τῆς τελουμένης
 θεᾶς γενόμενος, τῇ ἐξῆς ¹ τῷ θυμῷ σφραδάζων, ἐχώρει πρὸς τὴν ἐξέτασιν.
 Πάντων οὖν τῶν ἄλλων ἀφήμενος, δι' αἰτίας εἶχε τὸ παράβολον τοῦ
 τολμήματος. Τοῦτο γὰρ καὶ μᾶλλον εἰς μανίαν αὐτὸν ἐξῆπτε, καταφρό-
 νησιν οὐκείαν τὴν ἐκείνου παρρησίαν ὑπειληφότα. Ὁ δὲ ὡσπερ ἐν τούτῳ ⁵
 μᾶλλον καλλωπιζόμενος, θαρραλεωτέραν ἐποιεῖτο τὴν ἀπόκρισιν, Οὕτως
 ὁμολογεῖσθαι, λέγων, προσήκει Θεὸν, ὅτι φῶς ἐστὶ καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ
 οὐκ ἐστίν. Τοῦτο γάρ ἡμᾶς ἐδίδαξε Παῦλος, εἰπὼν· Καρδίᾳ μὲν πιστεύεται
 εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν.

4. Κατέπληττεν οὖν τὸν δικαστὴν τὸ πεπαρρησιασμένον τῆς διαλέξεως, ¹⁰
 καὶ πάλιν ὑπέκρυπτε τὸν θυμὸν, καὶ πάλιν προσεποιεῖτο τὴν ἐπιεικειαν,
 ἵνα τὸ ἀνδρεῖον τοῦ μάρτυρος ταῖς θωπείαις ἐνδοῦναι παρασκευάσῃ, καὶ·
 Μὴ παρῆς, ἔλεγεν, ὦ Μηνᾶ, τὴν ἡδίστην ταύτην ζωὴν, μηδὲ θάνατον
 ἄωρον τοῦ ἐφετοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀλλάξῃ φωτός· ἀλλὰ ταῖς ἡμετέραις
 πείσθητι συμβουλίαις· Ἐν' εὐδαίμονα μὲν καὶ μακαρίαν ζήτησιν ¹⁵
 βασιλικῶν δὲ τιμῶν καὶ δωρεῶν ἐπιτύχῃς, ἀπόβλεπτός τε πᾶσιν ἦς καὶ
 τὴν εὐμερίαν ἀξιοζήλωτος. Ἄλλ' ὁ μάρτυς πρὸς ταῦτα μέγα καὶ ἡδὺ
 γέλασας, ἄτε σαφῆ λῆρον αὐτὰ λογιζάμενος καὶ παιδῶν ² τινῶν μᾶλλον

Ipse autem quum totam diem vacasset ei quod peragebatur spectacu-
 culo, sequenti die animo æstuans processit ad examinationem. Om-
 nibus itaque aliis missis, accusabat præcipitem audaciam. Hoc enim
 magis eum accendebat ad furorem, ut qui sui esse contemptionem
 arbitraretur illius loquendi libertatem. Ille autem tanquam propterea
 magis sibi placens, respondit audacius, dicens: *Sic convenit Deum
 confiteri, quoniam lux est, et tenebræ in eo non sunt. Hoc enim nos
 docuit Paulus, dicens: Corde quidem creditur ad justitiam; ore autem
 fit confessio ad salutem.*

4. Terruit itaque judicem ejus loquendi libertas, et rursus celabat
 iram, et rursus simulabat mansuetudinem, ut martyr is audaciam
 faceret cedere blanditiis; et: *Ne amittas, aiebat, o Mena, vitam hanc
 dulcissimam, neve lucem omnibus hominibus optandam morte immat-
 tura permutes; sed nostris pare consiliis, ut felicem quidem ac beatam
 agas vitam, ab imperatoribus autem honores et dona consequaris et sis
 omnibus suspiciendus et æmulatione dignus propter prosperitatem.*
 Martyr autem ad hæc valde ei suaviter ridens, ut qui ea reputasset
 esse apertas nugas et puerorum potius escas quam sapientium viro-

¹ cod. ἐξῆς. — ² cod. παίδων.

ἡ φρονούντων ¹ ἀνδρῶν δελεάσματα, τοιοῦτοις αὐτὸν ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τοῖς λόγοις ἡμείβετο· Οὐδὲν ἐστὶ, λέγων, ἀντάξιόν μοι τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ὁλος ὁ κόσμος μιᾶς ψυχῆς ἰσοστάσιος. Ἄλλ' εἰ τί μοι καὶ χαρίζεσθαι βούλει, τὴν διὰ τῶν βασάνων μᾶλλον
 5 ἐπάγαγε πείραν ²· οὕτω γὰρ μοι τὴν ἀληθῆ προξενήσεις μακαριότητα.

5. Ἐπεὶ οὖν ὁ Πύρρος τούτων τῶν λόγων ἤκουσε, καθεκτὸς οὐκ ἦν ἔτι, ἀλλ' ὁμοσε πρὸς τὰς κατ' αὐτοῦ βασάνους ἐχώρει· καὶ τοῖς δημίσις αὐστηρότερον ἐνιδῶν, ἐκ τεσσάρων μὲν κελύει διαταθῆναι τὸν μάρτυρα· ἰσχυρότερον δὲ μαστιζέσθαι τοῖς βουνεύροις. Οὕτως οὖν σφοδρῶς αἰκίζο-
 10 μένου καὶ τοῦ τῶν πληγῶν ἀπορρέοντος αἵματος τῆς γῆς ἐρυθραινομένης, εἷς τις τῶν παρεστώτων, Πηγάσιος μὲν τοῦνομα, πρίγκιψ δὲ τὸ ἐπώνυμον, φιλανθρωπίαν δῆθεν ὑποκρινόμενος· Ὁρῶν, εἶπεν, ὦ ἄνθρωπε, τὸν ἐκ τῆς ἀπειθείας παριστάμενον κίνδυνον, πρὸ τοῦ τὰς σὰς σάρκας εἰς τέλος ἐκδαπανηθῆναι ταῖς μᾶστιξι, τὰ τῷ καιρῷ πρόσφορα διανοηθεῖς, θύσον·
 15 ἴπως γὰρ καὶ διὰ τὸ τῶν βασάνων ἀνύποιστον συγγνώσεται σοι καὶ ὁ Θεὸς σου τοῦ ἐγχειρήματος. Οὕτως εἰπόντα, ὀριμὸν πρὸς αὐτὸν ὁ μάρτυς ἐναπενίσασα καὶ τοῖς αὐτοῦ ῥήμασι μᾶλλον ὀδυνηθεῖς ἢ ταῖς μᾶστιξιν· Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες, οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, περιφανῶς

rum, hæc ex bono thesauro in eum verba exprompsit, dicens : *Nihil est quod mea quidem sententia conferri possit cum regno cælorum. Neque enim totus mundus potest, æqua lance expensus, uni animæ comparari. Sed, si vis mihi gratificari, experire potius per supplicia; sic enim mihi veram conciliabis beatitudinem.*

5. Postquam autem Pyrrhus audiit hæc verba, non poterat amplius contineri, sed ad ei infligenda contendit supplicia; et lictores acerbius intuens, martyrem quidem jubet extendi a quatuor partibus, boum autem nervis cædi vehementer. Cum sic ergo fortiter torque-retur et sanguis e vulneribus effluens terram rubram redderet, quidam ex iis qui aderant, nomine quidem Pegasius, cognomine autem Princeps, benignitatem videlicet simulans : *Cum videas, inquit, o homo, quod existit periculum ex inobedientia, priusquam carnes tuæ penitus flagris consumantur, ea cogitans quæ tempori conveniunt, sacrificia. Fortasse enim propterea, quod sint tormenta intolerabilia, Deus quoque tuus tibi ignoscet quod id feceris.* Cum sic dixisset, martyr torve in eum intuens et verbis ejus magis quam flagris cruciatus : *Discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem, aperte exclamavit;*

¹ cod. φρονούντων. — ² cod. πείραν.

ἐξεβόησεν · ἐγὼ γάρ μου τῷ Θεῷ τίθηκα καὶ εἰσέτι θύσω θυσίαν αἰνέσας · ὅς καὶ βοηθός ἐστί μοι, καὶ τὰς μάστιγας ὑμῶν ταύτας τρυφάς μᾶλλον ἢ βασάνους μοι παρασκευάζει λογιζέσθαι.

6. Ὡς δὲ ἑώρα τὸν ἄγιον ὁ δικαστὴς ὑπὸ τῆς βασάνου ταύτης ἤκιστα τῆς καρτερίας ὑποδιδόντα καὶ τὴν παρρησίαν μᾶλλον εὐγλωττοτέραν ποιούμενον, ἐφ' ἑτέραν ἐτρέπετο τιμωρίαν · καὶ τῷ ξύλῳ μετέωρον γενέσθαι παρασκευάσας, ἐκέλευε σιδηροῖς ὄνυξι τὸ σῶμα διασπαράττεσθαι. Εἶτα ἐγγελῶν ὡσπερ ὁ δικαστὴς καὶ τοῦ ἁγίου δηλαδὴ κατειρωνευόμενος · Ἦσθου, Μηνᾶ, τινός, ἔφησεν, ἀλγηδόνος; ἢ βούλει σοι καὶ δι' ἑτέρας κολάσεως τὰ πρὸς ἡδονὴν ἡμᾶς ἐπιδαφιλεύσασθαι; Ὁ δὲ μάρτυς καίτοι 10 χαλεπῶς οὕτω ξεόμενος · Τί δὲ μέλλεις; ἔφη · οἶει ὄλω δια τῆς μικρᾶς ταύτης βασάνου καταπτοῆσαι με, ἢ τὸν ἐν ἐμοὶ ἀκλόνητον τῆς ὁμολογίας διατεῖσαι πύργον; Τούτων ὁ ἡγεμὼν ἀκούσας, εὐτονώτερον αὐτὸν καὶ ἐπιπροσέτατε ξέεσθαι, ἐκέλευέ τε παρὰ τὸν ὄντα βασιλέα μὴ ὁμολογεῖν ἕτερον. Ὁ δὲ μάρτυς · Ἐπεὶ μὴ οἶδας, ἔφη, τίς οὗτος ὃν ὁμολογῶ βασι- 15 λεῦς, διὰ τοῦτο καὶ βλάσφημον γλῶτταν κατ' αὐτοῦ κινεῖς, καὶ τοὺς φθαρτοὺς τούτους καὶ γηγενεῖς ὁμοίους αὐτῷ ποιεῖς · ὅς μᾶλλον ἐστὶν ὁ καὶ τούτους εἰς ἀρχὴν καθιστῶν καὶ σαρκὸς πάσης ὑπάρχων καὶ πνοῆς κύριος. Εἶτα ὁ δικαστὴς, οὐχὶ μαθεῖν βουλόμενος, ἀλλὰ τὸν ἀγνοοῦντα υποκρινόμενος · Καὶ τίς οὗτος, ἔλεγεν, ὁ καὶ τοῖς βασιλεῦσι τὸ κράτος 20

ego enim Deo meo sacrificavi et adhuc sacrificabo sacrificium laudis; qui etiam mihi dat auxilium, et efficit ut hæc flagella vestra a me reputentur potius deliciarum quam tormenta.

6. Ut autem vidit sanctum iudex ob tormentum hoc nihil de sua tolerantia remittentem liberiusque et disertius loquentem, ad aliud se convertit supplicium; et quum effecisset ut in ligno tolleretur sublime, jussit ferreis unguulis corpus ejus laniari. Deinde tanquam irridens iudex et sanctum ironice scilicet alloquens: *Sensisti, inquit, aliquem dolorem, an vis per aliud supplicium nos tibi majorem largiri voluptatem?* Martyr autem, etsi graviter laceraretur: *Quid cunctaris?* inquit. *Putas me omnino posse a te terri per hoc breve tormentum, aut quæ est in me, immobilem labefactari turrim confessionis?* Hæc quum audisset præses, jussit eum cædi vehementius, et imperavit ut nullum alium confiteretur regem præter eum qui est vere rex. Martyr autem: *Quoniam non nosti, inquit, quis sit hic rex quem confiteor, propterea blasphemam linguam in eum moves, et hos in quos cadit interitus et qui e terra orti sunt, ei facis similes; qui est potius is qui eos constituit in imperio, et universæ carnis et spiritus Dominus.* Deinde iudex, non ut

διδούς καὶ πάντων καθεστηκῶς κύριος ; — Ἰησοῦς, εἶπεν, ὁ τοῦ Θεοῦ
 Υἱός, ὁ ἀεὶ ζῶν, ᾧ ὑποτέτακται τὰ ἐν οὐρανῷ πάντα καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς.
 Καὶ ὁ τύραννος · Τοῦτο δέ σε ὄλον ἐλάνθανεν, ὅτιπερ οἱ βασιλεῖς, δι'
 αὐτὸ τοῦτο ὃ σὺ φῆς τὸ τοῦ Χριστοῦ σου ὄνομα χαλεπαίνοντες, τιμω-
 5 ρεῖσθαι ὑμᾶς προστάσουσιν ¹ ; Καὶ ὁ μάρτυς · Εἰ χαλεπαίνουσιν οἱ
 βασιλεῖς, ἔφη, χαλεπαινέτωσαν · οὐδὲν ταῦτα πρὸς τὸν Χριστοῦ δοῦλον
 ἐμέ · ἐμοὶ γὰρ μᾶλλον καὶ δι' εὐχῆς τοῦτο, τὸ μέχρι τέλους τὴν καλὴν
 ταύτην ὁμολογίαν διενεγκεῖν, ἵνα καὶ τῶν ὑπὲρ αὐτῆς στεφάνων ἀξίος
 γένωμαι. Γέγραπται γάρ · Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τῆς ἐν
 10 Χριστῷ Ἰησοῦ ; Θλίψις, ἢ στενοχωρία, ἢ λιμὸς, ἢ διωγμὸς, ἢ κίνδυνος,
 ἢ μάχαιρα ;

7. Ὡς δὲ ἐπὶ τοσοῦτον κρεμαμένῳ ² τῷ μάρτυρι ἢ τοῦ ἐν σταυρῷ δι'
 ἡμᾶς ὑψωθέντος μνήμη τὸ πεπονηκὸς καὶ κάμνον τοῦ σώματος ἀνεργώ-
 νουεν, ὁ ἡγεμὼν στερροτέρως οὕτω τῇ μανίᾳ πληγεὶς, τρυχίνοις ὑφάσμασι
 15 κελεύει τὰς ἀποδαρείσας αὐτοῦ σάρκας ἰσχυρῶς ἐπιτρέβεσθαι. Οὐ γινο-
 μένου · Τὸς δερματικούς, ἔλεγεν ὁ μάρτυς, χιτῶνας σήμερον ἀποδύομαι ·
 τὸ τοῦ σωτηρίου δὲ περιβάλλομαι ἔνδυμα. Εἶτα λαμπάδας πυρὸς ὁ δικᾶζων
 ταύταις ἐπάγειν διεκελεύετο · ἀλλὰ καὶ αὗται τῇ παραθέσει τοῦ αἰωνίου

qui vellet discere, sed ut qui se simularet ignorare : *Quis est is, dicebat, qui dat regibus potentiam et est omnium Dominus?* — *Jesus, inquit, Dei Filius, semper vivens, cui subjecta sunt omnia, quæ sunt in caelo et in terra.* Tyrannus autem : *Hoc autem totum te latuit, quod imperatores propter hoc ipsum quod tu dicis, Christi nomen, indignantes, jubent vos cruciari?* Martyr vero : *Si indignantur imperatores, inquit, indignentur ; hæc nihil ad me qui sum Christi servus. Hoc enim mihi magis est in votis, hanc pulchram confessionem ferre usque ad mortem, ut efficiar dignus coronis quæ pro ea accipiuntur. Scriptum est enim : Quis nos separabit a charitate quæ est in Christo Jesu ? Afflictio, an angustia, an fames, an persecutio, an periculum, an gladius ?*

7. Quum autem martyri, qui tamdiu fuerat suspensus, recordatio ejus qui propter nos in cruce fuerat sublatus, laboribus defessum ac viribus defectum corpus confirmaret, præses vehementius ita percitus insania jubet excoriatis ejus carnes textis ex pilis confectis valde atteri. Quod quum fieret : *Pelliceas, aiebat martyr, tunicas hodie exuo ; salutaris autem indumento induor.* Deinde lampades ignis eisdem judex inferri jussit ; sed eæ quoque cum æterno igne comparatæ,

¹ *cod.* προστάσουσιν. — ² *cod.* κρεμμαμένω.

πυρός, ἀσθενὲς ἔχειν τὸ καυστικὸν ἐλογίζοντο. Ἐώκει γὰρ ὁ μάρτυς δυνάμει Χριστοῦ τῶν ἐπαγομένων πάντων ὑπερορᾶν. Ὅθεν καὶ θαρρούντως¹ ἔλεγε τοῖς κολάζουσι· Πέπεισμαι παρὰ τοῦ ἐμοῦ δεσπότου καὶ βασιλέως μὴ φοβεῖσθαι ἀπὸ τῶν ἀποκτενόντων² τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν ἀποκτεῖναι μὴ δυναμένων· φοβεῖσθαι δὲ μᾶλλον ἐκεῖνον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γέννη.

8. Ὡς δὲ πολλὴν ἑώρα καὶ ἄμαχον τὴν τοῦ μάρτυρος παρρησίαν ὁ δικαστής, ἄλλως τε δὲ καὶ κατὰ νοῦν αὐτοῦ στρέφων τὸ πρὸς τὰς ἀποκρίσεις ἐπικαιρότατον, τῶν βασάνων ἀφέμενος πρὸς λόγους ἐχώρει, καὶ· Λέγε μοι, φησὶν, ὧ θαυμάσιε· πόθεν τὸ τῶν λόγων ἐξεύρηται σοι κομψόν, 10 στρατιώτῃ τε ὄντι καὶ οὐπω χθὲς καὶ πρώην γράμμασιν ὀμιλήσαντι³, περὶ πολέμους μᾶλλον ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἄσκησιν ἀγῶνων ἐσχολακότη· Τοῦ δὲ γε μάρτυρος εἰρηκότες Χριστοῦ εἶναι ταυτὶ τὰ ῥήματα, τοῦ εἰπόντος Ὅταν⁴ ἐπὶ βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνας ἀχθῆτε ἔνεκεν⁵ ἐμοῦ, μὴ μεριμνήσητε πῶς ἢ τί λαλήσετε· δοθήσεται γὰρ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τί 15 ἀπολογήσεσθαι, ὁ ἡγεμὼν ἀπεκρίνατο· Καὶ ἄρά γε προέγνωστο τῷ Χριστῷ ὑμῶν ὅτι τοιαῦτα μέλλετε πάσχειν; Ὁ δὲ μάρτυς· Ἄτε Θεὸν ἀληθῆ ὄντα, φησὶν, ἀκόλουθον αὐτὸν εἶδέναι καὶ τὰ ἐτόμενα. Αὐτὸς γὰρ ἐστὶν ἡ

videbantur vim urendi habere imbecillam. Videbatur enim martyr virtute Christi quæ intentabantur omnia despicerere. Quamobrem audacter etiam dicebat iis qui ipsum puniebant: *Habeo persuasum a Domino meo et rege non timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere, illum autem potius timere, qui potest corpus et animam perdere in gehenna.*

8. Cum vero vidisset iudex maximam et plane invictam martyris libertatem loquendi, et alioqui animo versaret opportunissimas ejus responsiones, tormentis missis accessit ad verba, et: *Dic mihi, inquit, vir admirande, undenam est inventa a te sermonum elegantia, miles cum sis et vixdum heri et nudius tertius versatus sis in litteris? Vacaris autem potius bellis et exercitiis militaribus ut plurimum.* Quum autem dixisset martyr Christi hæc esse verba, qui dixit, *Quando ducti fueritis ad reges et præsidēs propter me, ne cogitetis quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini,* respondit præses: *Vester ergo præscivit Christus fore ut talia pro ipso patere mini?* Martyr autem: *Ut qui sit, inquit, verus Deus, est consequens ut*

¹ cod. θαρρούντως. — ² sic. — ³ cod. ὀμιλήσαντι. — ⁴ cod. δταν ut sæpe monuimus. — ⁵ cod. ἔνεκεν.

τοῦ παντός αἰτία καὶ σύστασις, καὶ πάντα πρὸ τῆς εἰς τὸ εἶναι παραγωγῆς ἐπιστάμενος. Ἄπορων οὖν εἰς τοῦτο προσηκούσης ὁ δικάζων ἀπολογίας· Τὰς περιττάς, εἶπε, ταύτας πειθανολογίας καταλιπόντα σε ἐν τῶν δύο τούτων ἐκλέξασθαι βούλομαι· ἢ τὴν μεθ' ἡμῶν συνδιαγωγὴν, καλῶς γε
 5 ποιῶντα· ἢ τὴν ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ σου ὁμολογίαν. Ὡς δὲ μετὰ πολλῆς ἔφη τῆς παρρησίας ὁ μαρτύς· Μετὰ τοῦ Χριστοῦ μου καὶ ἡμῆν καὶ εἰμί καὶ ἔσομαι, μακροθυμεῖν ἐπ' αὐτῷ καὶ εἶι ὁ ἡγεμῶν ὑπεκρίνετο, καὶ τινα καιρὸν εἰς διάσκεψιν ἐπιδοθῆναι τούτῳ διακελεύεται. Καὶ γὰρ θαυμάζων αὐτὸν τῆς καρτερίας ἄμα καὶ τῆς συνέσεως, ἔσπευδε μεταπέσειν, ἵνα μὴ
 10 ζημίαν τοιούτου ἀνδρὸς τὸ ἐλληνικὸν ὑποστῆ.

9. Ἐπεὶ δὲ μετὰ ταῦτα καὶ θαρραλεωτέροις μᾶλλον ὁ μάρτυς τοῖς πρὸς αὐτὸν ἐχρήσατο λόγοις· Θεὸν μὲν διαρρήδην τὸν Χριστὸν ἀνομολογῶν, θεοὺς δὲ οὓς ἐκεῖνος ἔσεβέ, δαίμονας βεβήλους ἀποκαλῶν, θυμῷ πάλιν ὁ ἡγεμῶν σφοδρότερον ἐκκαυθεῖς, τριβόλους σιδηρᾶς κατὰ γῆς
 15 διασπαρῆναι κελεύει· χειρᾶς τε καὶ πόδας δεθέντα ἄνωθεν αὐτῶν κατὰ πολλὴν ἔλκεσθαι¹ τὴν ὀμότητα. Ὁ δὲ καθάπερ διὰ λειμῶνός τινος καὶ μαλακῶν ἀνθέων ἐλκόμενος, τοὺς ἐκεῖνου θεοὺς τε καὶ δαίμονας ἐλευθέρῳ γλώττῃ λοιδορούμενος ἦν. Ἐφ, οἷς ὁ δικαστῆς ἀπηνέστερον πάλιν

sciat etiam quæ sunt futura. Ipse enim est universi causa et constitutio, et sciebat omnia antequam producerentur ad existentiam. Quum autem non haberet iudex quidnam ad hæc convenienter responderet: Missis, inquit, supervacaneis his probabilibus orationibus tuis, volo te unum eligere e duobus, nempe ut aut nobiscum simul verseris, recte id quidem faciens, aut ut Christum tuum confitearis. Postquam autem cum magna libertate dixit martyr: Cum Christo meo eram et sum et ero, dixit præses se in eum adhuc futurum lenem et patientem, et jubet ei dari aliquod tempus ad considerandum. Ejus enim admirans tolerantiam simul et intelligentiam, studebat persuadere, ne tanti viri jacturam gentes facerent.

9. Quum autem post hæc martyr usus esset in eum verbis etiam audacioribus, Deum quidem aperte Christum confitens, deos vero quos ille colebat, dæmones profanos appellans, ira rursus præses accensus vehementius, jubet murices ferreos spargi in terra, et vincitum manibus et pedibus super eos trahi per summam crudelitatem. Ille autem tanquam si per pratium aliquod et molles flores traheretur, illius deos et dæmones libera voce incessebat maledictis. Propter quæ

¹ cod. ἔλκεσθαι, et mox ἐλκόμενος.

τύπτεσθαι τὸν ἅγιον κατὰ τε αὐχένος καὶ τῶν σιαγόνων προσέταττεν· Ἴνα μὴ, ἔφη, οὕτω τῶν θεῶν κατολιγωρῶν καὶ ὕβρεσιν αὐτοὺς ἀναισχύντως βάλλης. Ἐπὶ πολλαῖς δὲ ταῖς ὥραις τυπτομένου τοῦ μάρτυρος, τῶν ἐπὶ τῆς τάξεώς τις Ἡλιόδωρος παρεστῶς, καὶ οἷα τὰ συντείνοντα τοῖς προκει-
 μένοις ὑποτιθέναι βουλόμενος· Κύριε ἡγεμῶν, εἶπεν, οὐκ οἶμαί σου διαλαν-
 θάνειν τὴν περιφάνειαν ὡς ἡ τῶν λεγομένων τούτων χριστιανῶν ἀπόνοια
 τὰς βασάνους καὶ ἀνδριάντος οἶδε στερρότερον ὑπομένειν καὶ τὸν θάνατον
 ὡς ἡδῶ τι πόμα λογίζεσθαι. Ἄφεις οὖν αὐτὸς τὸ περὶ τοῦτον κάμνειν
 ἀνήνυτα, τὴν κατ' αὐτοῦ μᾶλλον ἀπόφασιν ταχυτέραν ἐξενεγκεῖν προθυ-
 μήθητι. Ἄπειρηκότος οὖν τοῦ ἡγεμόνος καὶ τὴν ἐσχάτην κατ' αὐτοῦ
 διαμελετῶντος ψῆφον ἐπενεγκεῖν, τινὲς τῶν πάλαι συνήθων καὶ φίλων
 τῷ μάρτυρι προσελθόντες, περιέψων αὐτὸν, περιέβαλλον, περιεπτύσ-
 σοντο, ἐλιπάρουν, ἰκέτευον καὶ τὰ συμφέροντα δῆθεν παραινεῖν οἰόμενοι·
 Μὴ παρόψη, ἔλεγον, ὦ Μηναῖ, καὶ συνήθων φιλίαν καὶ στρατείας ἐμφάνειαν
 καὶ ἡδέων ἀπόλαυσιν, καὶ τὸ φύσει πᾶσιν ἡμῶν τῆς ζωῆς ἐπιπόθητον·
 καὶ ἀτιμίαν μὲν ἀντι δόξης, ἀντι δὲ ζωῆς θάνατον προτιμήσῃ. Ὁ δὲ
 μάρτυς ὡς ἰὸν ἀσπίδος τὰς αὐτῶν παραινέσεις ὑπεκδραμῶν¹. Παύσασθε,
 ἔφη, θεομάχοι, καὶ ἑαυτοὺς νουθετήσατε μᾶλλον λυσιτελεῶς, τοῦ ἀποστῆναι

judex rursus jussit sanctum verberari in collo et genis : *Ne, inquit, sic deos despiciens eos quoque impudenter affeceris contumeliis.* Quum multas autem horas verberaretur martyr, adstans quidam ex cohorte Heliodorus, et veluti volens suggerere ea quæ conferebant ad proposita : *Domine præses, inquit, tuam claritatem existimo non latere quod horum qui dicuntur christianorum amentia scit contemnere tormenta, vel statua fortius, et mortem reputat tanquam dulcem aliquam potionem. Mittens ergo de hoc incassum laborare, potius cito velis in eum ultimam proferre sententiam.* Quum ergo defessus esset præses et meditaretur ultimam sententiam in eum pronuntiare, accedentes quidam ex iis qui olim martyri familiares fuerant et amici, ipsum demulcebant, amplectebantur, osculabantur, rogabant, flagitabant, et existimantes scilicet se suadere utilia : *Ne despereris, dicebant, o Mena, et familiarium amicitiam et decus militiæ, et voluptatum fruitionem et vitam quæ est omnibus natura desiderabilis ; et ne ignominiam quidem gloriæ, mortem autem vitæ anteposueris.* Martyr vero tanquam virus aspidis fugiens eorum suasiones : *Cessate, inquit, Dei hostes, et vos ipsos potius utiliter corrigite, ut a tanta desistatis insania : nam*

¹ *cod.* ὑπεκδραμῶν.

τῆς τοσαύτης μανίας · μικρὸν γὰρ ὄσον καὶ ἡ πρόσκαιρος αὐτῆ καὶ ὑμῖν ἐπέραστος ζωὴ παρελεύσεται · μένει δὲ ὑμᾶς αἰωνία καὶ ἀτελεύτητος κόλασις · ἦν σὺν τῷ ὑμετέρῳ ἄρχοντι καὶ τοῖς αὐτοῦ βασιλεῦσιν ἐνδίκως κληρονομήσετε.

5 10. Ὡς δὲ πρὸς πάντα ὁ δικαστῆς τὰ παρ' αὐτοῦ καὶ λεγόμενα καὶ πραττόμενα οὕτως ἰσχυρῶς ἀπομαχόμενον ἑώρα τὸν μάρτυρα, οὐκέτι πρὸς ἑτέρας πεύσεις, ἀλλ' εἰς τὴν ἀπόφασιν ἔτοιμος γίνεται · βραχέα τε τοῖς ὁμογνώμοσι τὴν ἀσέθειαν διασκεψάμενος, τὴν τοῦ θανάτου ψῆφον ἐξήνεγκε κατ' αὐτοῦ · καὶ τὸν μὲν δῆμιον μετὰ γυμνοῦ παρίστη τοῦ
 10 ξίφους, τὸν τόπον δὲ ὑπεσήμεναι ἐξω τῆς πόλεως. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ τόπος κατελήπτο ¹, καὶ τῷ μάρτυρι τοῦ προτέρου στάδιου τὸ δεύτερον φαιδρότερον διεδείκνυτο, μικρὰ τοῖς γνωρίμοις ἐντυχῶν καὶ εὐχῆ ² τοὺς λόγους ἐπισφραγίσας, πλήρης τε εὐφροσύνης ἐπιφανείς, ἄτε τὴν ἀποκειμένην ὄσον αὐτῷ μακαριότητα φανταζόμενος · ἵνα καὶ εὐχαριστῶν ἀπέλθῃ πρὸς τὴν
 15 οὐπὼ ὑποδεχομένην αὐτὸν ³ μακαριότητα · Εὐχαριστῶ σοι, ἔλεγε, δέσποτα καὶ Θεὸς · τῷ καταξιώσαντί με κοινωνὸν τοῦ σοῦ τιμίου πάθους ὀφθῆναι, καὶ μὴ δόντι με τοῖς ἀνημέροις θηρίοις βρῶμα γενέσθαι · ἀλλὰ καθαρὰν με τὴν εἰς σὲ πίστιν ἄχρι τέλους διατηρῆσαι παρασκευάσαντι. Ταῦτα

post quam breve tempus et momentanea hæc vobisque cara vita præteribit; manet autem vos æternus et qui nunquam desinit cruciatus; quem cum vestro præside et ejus imperatoribus indispicemini.

10. Quum autem vidisset judex martyrem tam fortiter depugnare adversus omnia quæ ab ipso fiebant et dicebantur, non amplius ad alias interrogationes sed ad ipsam ferendam se parat sententiam: et quum breviter cum iis qui erant ejusdem sententiæ in impietate consultasset, capitis ultimam in eum tulit sententiam; et lictorem quidem adesse jubet cum nudo ense, significavit vero locum extra civitatem. Quum autem perventum esset ad locum et martyri priore stadio secundum ostensum esset illustrius, postquam notos parum convenisset et verba sua precibus obsignasset, apparens plenus lætitia, ut qui repositam sibi beatitudinem visione apprehenderet, ut etiam gratias agens abiret ad lætitiam mox eum recepturam: *Ago tibi gratias, dicebat, Domine Deus, quod me dignatus sis conspici socium pretiosæ tuæ passionis, et non dederis devorandum bestiis agrestibus, sed effecisti ut perpetuo puram in te servarem fidem.* Hæc quum dixisset et genu flexisset, ad plagam ei gladio inferendam perrexit. Post plagam autem

¹ cod. κατήληπτο. — ² cod. εὐχῆ. — ³ cod. αὐτῷ.

εἰπὼν καὶ τὸ γόνυ κλίνας, πρὸς τὴν διὰ τοῦ ξίφους ἐχώρει πληγὴν ὁ καὶ μετὰ τὴν πληγὴν δὲ τὸ ἱερὸν σῶμα τὸ πῦρ διεδέχθητο ὁ καὶ οὕτω τὸ τοῦ μάρτυρος μὲν φθαρτὸν διελύθητο, ἡ ψυχὴ δὲ πρὸς τὴν μακαρίαν λήξιν ὑπ' ἀγγέλων ἀνεκομίζετο. Ἐνταῦθεν ἐπιμέλεια τοῖς φιλοθέοις περὶ τὰ μαρτυρικὰ λείψανα γίνεται, ὥστε τοῦ πυρὸς ἀνελεῖσθαι καὶ τόποις ἐπισήμοις 5 ἐγκαταθεῖναι ὁ ἀπερὸς δὴ καὶ ἀναλεξάμενοι καὶ σινδόσιν ἐνθήμενοι καθαραῖς, μύροις τε καὶ θυμιάμασιν ὑπαλείψαντες, καὶ πᾶν ὃ τι νενομισμένον ἦν ἐπὶ τούτοις ἀφοσιώσαντες, ὀλίγῳ ὕστερον πρὸς τὴν αὐτοῦ πατρίδα ἀνεκομίσαντο ὁ καθὼς αὐτοῖς πρὸ τῆς τελειώσεως ὁ μάρτυς ἐπέσκηψε τοῦ Χριστοῦ. Ἔδει γὰρ τὴν καὶ γεννήσασάν τε καὶ θρεψαμένην ἐκείνην καὶ τῷ 10 μαρτυρίῳ τελειωθέντα τοῦτον ἀπολαθεῖν ὁ καὶ μὴ τὴν μὲν ἐν τάξει μητρὸς εἶναι, ἑτέραν δὲ παρὰ ταύτην τῆς τῶν μαρτυρικῶν λειψάνων χάριτος ἀπολαύειν. Καὶ τοῦτο γὰρ οἰκονομικῶς παρὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ γέγονε προμηθείας ὁ ὅτι πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, κράτος, μεγαλωσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ δεῖ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν. 15

sacrum corpus ignis excepit : et sic quidem fuit dissolutum martyr is id in quod cadebat interitus, anima autem ad beatam hereditatem deducta est ab angelis. Hinc viri pii magnam adhibent diligentiam circa martyr is reliquias, ut ex igne tollerentur et in insignibus locis reponerentur. Quas quidem quum collegissent et mundis sindonibus imposuissent unguentisque et suffitibus inunxissent, et justa omnia eis sancte fecissent, eas paulo post in ejus patriam retulerunt, quemadmodum eis ante consummationem injunxerat Christi martyr. Oportebat enim eam quæ et genuerat et aluerat, eum quoque accipere consummatum martyrio, et non illam quidem tenere locum matris, aliam vero præter eam frui gratia reliquiarum. Hoc enim consulto factum est a Christi providentia, quem decet omnis gloria, honor, potentia, majestas et magnificentia, nunc et semper et in secula seculorum. Amen.